

Band V., Nr. 1316, Seite 83-84

Der erwählte Bischof Heinrich von Speyer bestätigt die Gründung des noch zu bauenden Klosters in Steinheim durch den edlen Ritter Berthold von Blankenstein und seine Gattin Elisabeth, die Schenkung des Patronats der Kirche in Steinheim und anderer genannter Besitzungen insbesondere des Ortes Jux an dieses Kloster und verleiht demselben die Augustiner Regel unter Hinzufügung verschiedener weiterer Rechte und Begünstigungen.

Ohne Ortsangabe, 1254. Dezember 31.

Heinricvs^a dei gratia Spirensis electus ac imperialis aule cancellarius, dilectis in Christo filiabus . . priorisse ac conventui sororum in Steinheim presens scriptum in perpetu[u]m cum salute. Sicut de vinea domini Sabaoth evellere ac dissipare nociva et inutilia ex debito tenemur officii pastoralis, ita quoque non solum novellas ac deo dignas in eadem inserere plantas, sed et ab aliis salutifere iam insertas fovere misericorditer ac rigare salubriter recognoscimus nos teneri. Cum igitur dilectus in Christo Bertoldus miles nobilis de Blankenstein una cum Elizabeth devota uxore sua, volens sub regula beati Augustini monasterium instaurare monialium in villa Steinheim, vobis ius patronatus ecclesie et quartam partem decimarum eiusdem ville ad laicos hucusque pertinentem et quoddam predium, scilicet liberam curiam, nec non tantam amplitudinem ac quantitatem terre, ut predicti monasterii officine possint convenienter ordinari pariter et fundari, in predicta villa et decem iugera vinearum ibidem et villam Iuchez¹ cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis libere conferendum^b, nos ad eiusdem nobilis instantiam dictam donationem, sicut legitime facta est, vobis auctoritate presentium confirmamus. Regulam quoque beati Augustini, quam desideratis, vobis per manum domini A. rectoris ecclesie in Steinheim duximus porrigendam, ut sic et vos et que vestre societati adiuncte fuerint sive successerint, domino auctori glorie possitis securius ac gloriosius militare. Personas insuper vestras ac familie vestre ab omni iure parrochiali eximentes cure ac protectioni nostre specialiter reservamus, plenam vobis dantes potestatem infra terminos dicte parrochie, ubicumque de consilio prudentum virorum decreveritis, monasterium fundandi ac officinas claustrales religioni vestre necessarias ac commodas construendi. Et ut nichil vobis desit gratie, liceat vobis ydoneum et honestum

^aIn Uncialen.

^bHier fehlt ein Wort, wie etwa *tradiderit*.

¹Jux.

II

eligere ac habere sacerdotem, qui auctoritate nostra conventui et familie vestre sacramenta ecclesiastica pro consuetudine aliorum religiosorum velit et valeat ministrare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis sive confirmationis infringere vel ei ausu temerario sub obtestatione divini iudicii contraire.

 Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. LV^o.², pridie kalendas Ianuarii, indictione XIII^a., pontificatus nostri anno decimo^c.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An rot-gelben Seidenfäden hängt das zersprungene, oben und unten abgängige Siegel des Ausstellers, spitzoval (III. A. 2 a). Es zeigt den stehenden Bischof, mit beiden Händen ein Buch vor die Brust haltend. Umschrift: . . HEINRICI I . SPIRENSIS.

^cDie beiden letzten Worte in Uncialen.

²Vgl. die Note der vorhergehenden Urkunde; auch stimmen Pontifikatsjahr (Heinrich wurde am 27. Oktober 1245 gewählt) und Indiktion zum Jahr 1254.

Überlieferung und Publikationen

Editionen:

CHRISTOPH BESOLD: *Virginum sacrarum monimenta in principium Wirtenbergicorum ergastulo litterario*, Tübingen 1636 (Ders.: *Documenta rediviva monasteriorum praecipuorum in ducata Wirtenbergico sitorum*, 2), S. 370. Petrus: *Suevia ecclesiastica*, S. 757. JOHANN CHRISTIAN WIBEL: *Hohenlohische Kyrchen- und Reformations-Historie: aus bewährten Urkunden und Schriften verfasst, und nebst einem Vorbericht von der Graffschaft Hohenlohe überhaupt*, 4 Bde., Ansbach 1752-55, Bd. 2, *Codex Diplomaticus*, S. 62, Nr. 42 (ältere deutsche Übersetzung, falsches Datum).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Heinrich; Bischof von Speyer

Ortsindex:

Dapfen : Gomadingen RT
 Dapfen Wohnplatz (15849)
 Jux Wohnplatz (1580)
 Jux, Spiegelberg, WN
 Speyer, SP
 Steinheim an der Murr Wohnplatz (1102)
 Steinheim an der Murr, LB